



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

De Benedictionibus regulæ generales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

DE BENEDICTIONIBVS

Regulæ generales.

Noverit Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, & quæ ad Episcopum, suo jure pertineant; ne majoris dignitatis munera temere aut imperite unquam usurpet propria autoritate.

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo & stola, pro ratione temporis, utatur; nisi aliter in Missali notetur.

Stando semper benedicat, & aperto capite.

In principio cujusque benedictionis dicat:

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Dñi.

Resp. Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Deinde dicatur Oratio propria, una vel plures; prout suo loco notatum fuerit.

Postea rem aspergat aquâ benedictâ: ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ & aspergillo, & cum hoc Rituali libro, seu Missali.

Caveat, ne benedictionis causâ ponat aliquid indecens super Altare, veluti esculenta: sed, quod ejusmodi est, ponatur super mensam, commodo loco paratam.

Ordo ad faciendam aquam
benedictam.

Diebus Dominicis, & quandocunque opus fuerit, preparato sale, & aqua munda, benedicenda in

Eccle-